



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xxviii [i.e. v, vi]. Solus intellectus, etiam divinus, est suo modo causa entis
rationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

non sit hircus , five facit, ut hircus , qui est unum indivisum in se, & à se, sit simul divisus à se, five sit simul aliud à se , nempe cervus. Neq; quartò : non dantur species impossibiles : nam dantur species ejus , non quidem propriæ , sed alienæ ; sicut enim per species entis possumus concipere oppositam illi negationem seu non ens , & sicut per visibilia creaturarum cognoscimus invisibilia Dei, sic per species entis possibilis cognoscimus ei contradictoriè oppositum , nempe impossibile.

V. Sensus externus, utpote sistens in externis accidentibus, & non penetrans rerum essentias & identitates, nequè habens objecta alia , quàm quæ ei sunt à parte rei præsentia, quiquè non aliter, quàm negativè cognoscit negationes, id est, qui nō videndo lumen, dicitur videre tenebras, non videndo aliquem, dicitur videre neminem, non potest esse entis rationis causa, intellige, intentionalis, seu cognoscendo ens impossibile dans illi existentiam objectivam. Nequè sensus internus, utpote qui solùm potest figuras externas combinare, quæ combinatio possibilis est. Unde avis viros illos fictos, exstantes in hortis ad
aves

aves abigendas, nō apprehendit identificari
veris hominibus: aut canis umbram cum car-
ne, sed in loco, ubi est umbra, esse carnē, pro-
pter externam figuram carnis & umbræ si-
mitem. Nequē voluntas, appetendo V. G.
hircocervum, vel quā pueri appetunt identi-
ficari Angelis; esse enim entis rationis consi-
stit in esse objectivo, quod ei dari nequit, nisi
à representatione intellectiva. Unde solus
intellectus facere illud potest, tam per appre-
hensiones, quàm judicia & discursus, utpote
per quos actus omnes cognosci potest im-
possibile.

VI. Deus non tantum indirectè, cognos-
cendo nostros actus quibus formavimus en-
tia rationis; sed & directè, non quidem per
assensum, affirmādo impossibilia possibi-
litate, quod est facere ens rationis fingen-
do, sed per dissensum, negādo facit entia ra-
tionis; dat enim impossibili esse cogniti seu
esse objectivum, cognoscendo omnem ver-
ritatem, qualis etiam hæc est: iden-
titas inter hircum & cervum est
impossibilis.

DIS-